Fragmentarium

& fenum ut boſ comedeſ. & rore celi
infunderis. Septem quoq; tempora mu
tabuntur sup te. donec scias quod domi
netur excelſus sup regnū hominū. &
cuicūq; uoluerit det illud. Quod autē
precepit ut relinqueretur germē radicū
eius id eſt arboris. regnū tibi manebit
poſtquam cognoueris poteſtatem eſſe ce
leſtem. Q̄uā obrem rex conſilium meum
placeat tibi. & peccata tua elemoſinis
redime. & iniquitateſ tuaſ miſericordi
is pauperum. forſitan ignoſcat delictis
tuis. Omīa uenerunt sup nabugodono
ſor regem. Riens sans peine Moerman
Post finem menſiū duodecim in aula
babilonis deambulabat. reſpondit q;
rex & ait. Nonne hec eſt babilon mag
na. quam ego edificaui in domū regni.
in robore fortitudinis mee. & in gl̄a
decoris mei. Cum adhuc eſſet ſermo
in ore regis. uox de celo ruit. Tibi di
citur nabugodonoſor rex. Regnū tuū
tranſiet a te & ab hominibus te eicient.
& cum beſtiis feriſ erit habitatio tua.
fenum quaſi bos comedes. & ſeptem tē
pora mutabuntur super te. donec ſci
as quod dominetur excelſus in regno
hominū. & cuicumq; uoluerit det
illud. Eadem hora ſermo completuſ ē
sup nabugodonoſor. Ex hominibus
eiectuſ eſt & fenū ut boſ comedit. &
rore celi corpus eiuſ infectum eſt. do
nec capilli eius in ſimilitudinē aqui
larum creſcerent. & ungues eius qua
ſi auium. Igitur poſt finem dierum
ego nabugodonoſor oculos meoſ ad
celum leuaui. & ſenſus mīs redditus
eſt michi. & altiſſimo benedixi. & ui
uentem in ſempiternum laudaui &
glorificaui. quia poteſtaſ ei poteſtas
ſempiterna & regnū eiuſ in generatio
nem & generationē. & om̄s habitatoreſ
terre apud eum in nichilū reputati ſt̄.
Iuxta uoluntatem enim ſuam facit. tam
in uirtutibus celi quam in habitatorib'
terre. Et non eſt qui reſiſtat manui
ei. & dicat ei: Quare feciſti. In ipſo tempore ſen
ſus m̄s reuerſus eſt ad me. & ad hono
rem regni mei decoremq; perueni. Et
figura mea reuerſa eſt ad me. & opti
mateſ mei & magiſtratus requiſierunt
me. & in regno meo reſtitutus ſum. &
magnificentia amplior addita eſt michi.
Nunc igitur ego nabugodonoſor laudo
& magnifico & glorifico regem celi. q̄a
omnia opera eius uera & uie eius iu
dicia. & gradientes in ſuperbia poteſt
humiliare. V.
Baltaſar rex fecit grande conuiuiū
optimatibus ſuis mille. & unuſq̄ſq;
ſecundum ſuam bibebat etatem. Precepit ergo
iam temulentus ut afferentur uaſa
aurea & argentea que aſportauerat
nabugodonoſor pater eius de templo
quod fuit in ierl̄m. ut biberet in
eis rex & optimates eius uxoreſq;
eius & concubine. Tunc allata ſunt
uaſa aurea que aſportauerat de tem
plo quod fuerat in ierl̄m. & biberūt
in eis rex & optimateſ eiuſ uxoreſq; ei
& concubine. Bibebant autem uinū.
& laudabant deos ſuos aureos. argen
teos & ereos. ferreoſ. ligneosq; & lapi
deos. In eadem hora apparuerunt di
giti quaſi manus hominis ſcribentis
contra candelabrū in ſuperficie parie
tis aule regie. & rex aſpiciebat arti
culos manus ſcribentis. Tunc regis
facies commutata eſt. & cogitationeſ
eiuſ conturbabant eum. & compageſ renū

1589

License: public_domain – Brugge, Bisschoppelijk Archief Brugge, C516, 6, fol. [1]r – Bible
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-ne4k/10689/77642)